



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

III. Quid regi & populi omni die sit cantandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

<sup>\* forte, de-</sup> cimer nus eius pro eo. Et omnis thaynus \* detinet totum quod habet.

## II.

Et instituimus vt omnis Christianus, qui ætatem habet, iejunet tribus diebus, iejunet in pane & aqua, & \* bis crudis, ante festum sancti Michaelis. Et omnis homo ad confessionem vadat & nudis pedibus ad ecclesiam, & peccatis omnibus abrenuntiet emendando & cessando. Et eat omnis presbyter cum populo suo ad processionem tribus diebus nudis pedibus, & super hoc cantet omnis presbyter triginta Missas, & omnis diaconus & clericus triginta psalmos, & apparetur tribus diebus corodium vniuersitatis sine carne in cibo & potu, sicut idem comedere deberet, & diuidatur hoc totum pauperibus. Et sit omnis seruus liber ab opere illis tribus diebus quo melius iejuniare possit: operetur sibi metu quod vult. Hi sunt illi tres dies; dies Lunæ, dies Martis, & dies Mercurii proximi ante festum sancti Michaelis. Si quis iejunium suum infringat, seruus corio suo componat, reddat liber pauper triginta denarios, & regis thaynus centum viginti solidos, & diuidatur haec pecunia pauperibus. Et sciat omnis presbyter, & tungrauius, & decimales homines, vt haec elemosyna & iejunium proueniat, sicut in sanctis iurare poterunt.

## III.

Et præcipimus vt in omni congregatione cantetur quotidie communiter pro rege & omni populo suo una Missa ad matutinalem Missam, quæ inscripta est, Contra Paganos, & ad singulas horas decantet totus conuentus extensis membris in terra psalmum *Domine quid multipli- psal. 3.* catifunt, & collectam Contra Paganos, & hoc fiat quamdiu necessitas ista nobis est in manibus. Et in omni cœnobio vel conuentu monachorum celebret omnis presbyter sigillatim triginta Missas pro rege & omni populo, & omnis monachus dicat triginta psalteria.

## IV.

Et præcipimus vt omnis homo super dilectionem Dei & omnium sanctorum det cyrisceattum & rectam decimam suam, sicut in diebus antecessorum nostrorum fecit, quando melius fecit; hoc est sicut aratum peragabit, de-